

Johann Christian Burgmann

Pro-Rector Hibernvs, Ioann. Christian. Bvrgmann, S. Theol. D. ... Quadragesimalia Evangelica Anniversaria Indicit, Atqve Exposito Introitv In Sancta Per Velvm Carnis Christi Nobis Dedicato, Hebr. X. 20. De Sancta Et Salutari Passionis Domini Et Salvatoris Nostri Commemoratione, Cives Acad. ... Admonet

Rostochii: Typis Ioa. Iac. Adleri, [1749?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn100403539X>

Druck Freier  Zugang





J. 512.

—
1749 Fasten

~~A-1256~~ 300.

Q. 1749

RECTORE ACAD. MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DOMINO FRIDERICO,

DVCE MEGAPOLITANO, PRINCIPE VETVSTAE GENTIS HENETAE,
SVERINI AC RACEBVRGI, COMITE ITEM SVERINENSI,
TERRARVM ROSTOCHII ET STARGARDIAE
DYNASTA,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.

PRO-RECTOR HIBERNVS,
IOANN. CHRISTIAN. BVRGMANN,

S. THEOL. ET PROF. P. O., FACVLT. THEOL. h. DECANVS,
ET AD AED. SPIR. S. PASTOR,


QUAERAGESIMALIA EVANGELICA
ANNIVERSARIA INDICIT,

ATQVE EXPOSITO
**INTROITV IN SANCTA PER
VELVM CARNIS CHRISTI NO-
BIS DEDICATO,**

HEBR. X. 20,

DE SANCTA ET SALUTARI PASSIONIS DOMINI
ET SALVATORIS NOSTRI COMMEMORATIONE,

CIVES ACAD. O. O. HONORATISSIMOS
SERIO ADMONET.



ROSTOCHII, Typis IOA. IAC. ADLERI, ACAD. Typographi.

M. 1256³⁰⁰

* *
* **
* ** *
* *

Adest Quinquagesima, instat Quadragesima. Dies inno-
 dominicos, hebdomadam, quibus perpeſſionum CHRISTI
 recordatio pie inſtituenda eſt, indices atque apertores.
 Dixerat his ſacris eccleſia primitiua, hebdomadem magnam (a)
 cuius ſingulos dies *ſαυρωſιμος*, integram ſolemnitatem paſcha
ſαυρωſιμων adpellare conſueuerat. Paſcha namque generalius
 adceptum in duas deſcribebat ſeptimanas, alteram patienti, alte-
 ram reuiuifcenti Saluatori conſecratas (b). Illa, quae Domini-
 cam Palmarum excipit, paſcha *ſαυρωſιμος*; haec, quae cum die
 reſurrectionis incipit, paſcha *αναſταſιμων* vocatae fuerunt. (c)
 Hebdomadis illius magnae diem vnum alterumque, paraſceuen
 & ſabbatum magnum (interuallum, quod a CHRISTI crucifixio-
 ne & morte, ad eius vitam & reſurrectionem decurrit), ieiunio
 tranſigebat. (d) Duos hos christianorum dies adducit TERTVL-
 LIANVS, aduerſus Pſychicos, quo nomine Catholicos exagitat,
 MONTANI ieiunia vindicaturus: (e) *certe in euangelio illos dies*
ieiunij determinatos putant, in quibus ablatuſ eſt ſponſuſ. Vocat eos-
 dem

(a) D. MAYERVS de hebdomade magna, *von der Marter Woche*, cuius origo
 §. VI. pag. 11. ab aetno Apoſtolicò arceſſitur.

(b) Luculentum teſtimonium perhibet Codex Theodoſianuſ, *Tom. I.*
Lib. II. Tit. VIII. lege 11. de feriis, edit. Lipſ. 1736. p. 139: *omnes dies iu-*
benus eſſe in iudicis - illos tantum manere feriarum dies ſas erit - San-
ctos quoque paſchae dies, qui ſepteno vel praecedunt numero, vel ſequuntur, in
eadem obſervatione numeramus. Quo ſenſu, dies, omnibus computatis,
 veteres mox 12, mox 14, mox 15 numerarint, exponit IAC. GOTHO-
 FREDVS *Commentar. ad b. l. p. 142. ſeqq.*

(c) SVICERVS *ibid. Eccleſ. T. I. pag. 303. T. II. p. 621. 1014.*

(d) HILDEBRANDVS de *prifcae eccleſiae ſacris publ. & diebus feſtis Cap.*
III. pl. G. 3.

(e) De ieiuniis C. II. *Opp. ed. Pariſ. 1641. p. 701.* Verba: *certe in Euangelio,*
 RIGALTIVS obſeruat, ad TERTVLLIAN. p. 118, explicat: *hodie apud*
chriſtianos.

dem nonnumquam ieiunia paschae, (f) & subinde dies, quibus sponfus ablatuſ eſt, tacite ſubinnuens, ieiunii huius occaſionem a verbis *Matth IX. 15.* deriuatam, eaque de tempore mortis CHRISTI, non abituſ ad Patrem; de ieiunio proprie dicto, non calamitatibus diſcipulorum futuris, intellecta fuiſſe. Explicatiuſ ieiunium ante-paſchale deſcribit IRENAEVſ, de illiuſ forma haec referens (g): *quidam exiſtimant, unico die ſibi eſſe ieiunandum: alii duobuſ, alii pluribuſ: nonnulli etiam quadraginta horiſ, diurniſ & nocturniſ computatiſ, diem ſuum metiuntur.* Poſtrema verba quam varie explicentur & diſceptentur, recenſere non vacat (h); ſed ex iis tamen adnotaſſe proderit, nonnulliſ Saec. II., 40 horarum ieiunium, ſolenne fuiſſe, etſi lege non magiſ, quam reliqua ieiunia apud IRENAEVM, deſinitum, vt exſerte docet TERTULLIANVſ. (i) Quam parum igitur ieiunio quadageſimali aut quinquageſimali, a TELESPHORO, Saec. II. praecripto, quod narrat GRATIANVſ (k), tribuendum ſit, haud aegre adparet. Quodſi huius aeui chriſtiani ieiuniorum neceſſitatem admiſſent, nec MONTANI ieiunia reprehendere potuiſſent, nec TERTULLIANVſ leges iſtas chriſtianiſ opponere omiſſet, vt proprio eoſ iugulet gladio. Procedente vero tempore maior ieiuniis viſ adferi, dieſ eſurialeſ multiplicari, ſuperpoſitioneſ frequentari, integrae

A 2

(f) *De oratione C. XI. p. 155; de ieiun. C. XIII. pag. 711., aduerſuſ Marcionem L. IV. c. XL. pag. 570.*

(g) *Epistoſa ad VICTOREM, quam conſeruauit EVSEBIVſ H. E. L. V. C. XXIV. p. 192. 193. ed. Valeſ.*

(h) Diſſident viri docti, num, 1. dieſ, an horae 40 hiſ verbis deſignentur? Priuſ adfirmant CHRISTOPHORSONVſ & SAVILIIVſ, RVFFINVM ſecuti, & quotquot antiquitateſ quadageſimaleſ tuentur; ſed miracula, & que incredibilia ſupponunt; poſteriuſ ceteri omneſ 2. num pro verbis: *diem ſuum*, rectiuſ legatur: *ieiunium ſuum*? quod qui ſibi perſuadent, vt VALEſIVſ ad EVSEB. p. 107. & BINGHAM *Orig. Eccl. Vol. IX. p. 180.* coniecturiſ indulgent, verborum IRENAEI ſenſum non exhauriunt, & Codicum probatorum autoritate non minus deſtituuntur, quam qui 40 dieſ in IRENAEO quaerunt.

(i) *l. c. de ieiuniis C. II. p. 702.* Ad quae verba conſerri meretur Illuſtr. BOEHMERVſ *Luriſ Eccleſ. T. III. p. 896. ſqq.*

(k) *Decret. P. I. diſt. IV. C. IV. V.*

tegrae septimanae inediae destinari, xerophagiae MONTANI (1) inuehi, & ieiunia in abstinentias a carne & vino resolui coeperunt (m). Omnium autem ieiuniorum sanctissimum reputatum fuit antepaschale, MOSIS, ELIAE & CHRISTI exemplis commendatum, quod vulgo *quadragesimale* fuit adpellatum. Inclinante Saec. III., hoc nomen, initio generale, (vt RIGALTIVS obseruat), introductum fuisse, exinde coniiicitur, quod ineunte Saec. IV. perulgatum fuerit. Cum autem ieiunia libere, nulloque ecclesiae vniuersae decreto interueniente (si discedas a Canon. Synodi Laodicensae circa a. CCCLXVII. coactae, quae exiguae fuit autoritatis) peragerentur, numerus dierum & septimanarum pro locorum diuersitate diuersus fuit, SOCRATE (n) & SOZOMENO (o) testibus. LEO M., Saec. V. episcopus Rom., ieiunium quidem 40 dierum laudat; sed secundam, quartam & sextam feriam tantum per singulas hebdomades eidem assignat. (p) Nihilominus omnes *quadragesimae* vtuntur voce, siue a 40 horis ieiunii antepaschalis petita sit; siue ab imitatione ieiunii CHRISTI quadragesimalis; siue a primo ieiunii termino, 40 dies a Parasceue distante. *Mihi quidem mirari subit, inquit SOCRATES q), qua ratione illi, licet de numero dierum, inter se dissentiant, eodem tamen nomine quadragesimam vocant* Huius autem adpellationis pro suo quisque ingenio alius aliam rationem adfert. Quamuis enim 6. hebdomades, quas ieiunio plerique praestituerant, XLII. dies conficiant, demittis tamen diebus Dominicis & apud orientales quosdam etiam sabbatis, nonnisi 31 & ad summum 36 dies esuriales remanserunt.

(1) TERTVLLIANVS *Apologet. C. XL.*, ed. HAVERKAMPI p. 350. scribit: *nos ieiuniis aridi, & omni continentia expressi &c.* Plenius xerophagias (aridorum comestiones) describit L. de ieiuniis C. I. Opp. p. 701.

(m) vid. IOA. BARBEYRAC *Traité de la Morale des Peres* p. 250. sqq. §. XV. C. XV., quo HIERONYMO praefat. Versionis Gallicae Operis Pufendorfiani de I. N. & G. p. 48. 49. edit. Amst. 1734. exprobrata, partim vindicantur, partim nouis adcessionibus augentur.

(n) *Hist. Eccles. L. V. C. XXII. p. 286 edit. Valef.*

(o) *Hist. Eccles. L. VII. C. XIX. p. 735 edit. Valef.*

(p) *De quadragesima sermone IV. & VI. opp. p. m. 80. 83.*

(q) *l. c. p. 286.*

runt. Huic defectui subuentum est fraude, f. ficto decimationis mysterio, quod 36 dies totius anni, qui 365 diebus absoluitur, velut decimae sint (r) Qua de causa non amplius de 40, sed de 36 tantum exactis diebus definiendis cogitatum est, & quo plures dies ieiuniis eximebantur, eo citius, quo detracti compensentur, ieiuniorum fiebat initium, aliis Quinquagesimam, vna cum Sexagesima tamquam praeparatoria; aliis omnino Septuagesimam occupantibus. Qua occasione haec Dominicorum dierum nomina primum inualuerunt, & postea, adpellationis ratione licet sublata, retenta sunt. Occidentales denique Saec. VI. huius inaequalitatis pertaesi, quadragesimam reuocarunt, & mysterio quoque 36 dierum dimisso, 40 dies, adiectis 4 aliis, compleuerunt. Quae consuetudo (s) a GREGORIO M. (a. 604, defuncto) profecta, vel iuxta alios a GREGORIO II. Saec. VIII, constituta, Romanensibus abinde constanter haesit. Caput scilicet ieiunii fixerunt diem cineris (Ascher-Mittwoch), quae in diem incidit quadragesimam, si ab ea ad Parasceuen progrediaris. Praemiserunt huic diem Martis Quinquagesimae proximam (Fastel-Abend), velut diem parasceuaasticam: quae vero, vtvt Itolorum idiomate specioso nomine Carneuale cognominata sit, tot profluitatibus locum fecit, vt gentilium bachanaliam instaurasse visa sit (t). Atque haec est ratio ieiunii quadragesimalis, Pontificum & Conciliorum de cretis, cum primis Concilio Lateranensi ccccxxv, sub reatu mortalis peccati ac comminatione extremae castigationis vniuersae ecclesiae obruti (v), quod Papicolae pro institutione aut traditione Apostolica venditant (x); Euangelici vero,

A 3

licet

(r) CHRISTOPH. ANGELVS de statu hodiernor. Graec. ex edit. FEHLA-VII C. IV p. 73 sqq

(s) GRATIANVS Decret. P. III. de Consecrat. distinct. V. C. XVI.

(t) vid. Consultiss. Dn. D. & Prof. SCHMIDT, Collegae nostri aestumatisimi, Fastel-Abend Sammlungen, quibus hoc argumentum copiose excussum est, praesertim §. IV. V. p. 32. sqq.

(v) CALVOER Ritual. Eccles. Part II p. 300 sqq.

(x) Neque tamen Pontificii tantum, sed & Angli nonnulli ita sentiunt, quos excitat BINGHAM Orig. Ecclesiast. Vol. IX. L. XXI. p. 177. sqq. aduersus

licet ieiunia in se non auerfentur, tamquam Scripturae aduerfum & verae pietati inimicum damnant. Optime b. Confeflores: *non damnamus ipsa ieiunia, sed traditiones, quae certos dies, certos cibos praefcribunt, cum periculo conscientiae tamquam istiusmodi opera sunt neceffarius cultus.* Nos sobrietatem, & continentiam, vt alias, sic hoc maxime tempore, vrgemus; ieiunii autem quadragesimalis legibus christianam libertatem non confringimus. Retinemus quadragesimam vna cum praecedente Quinquagesima, vt CHRISTI crucifixi commemoratio pro concione & in publicis sacris fiat, & passionis Dominicae beneficium cordibus altius infixum, ad fidei vitaeque praxin recte transferatur. Nec alio comparata est scriptio Programmatica, qua circa tempus quadragesimale Ciues Academici quotannis compellantur, quam vt ad dulcissimi Saluatoris passionem secum reputandam incitentur & inducantur. Quantum ea fit beneficium, seu quam innumera potius beneficia complectatur, paucis verbis enuntiari haud potest, & varietas comprobatur sententiarum atque locutionum, quibus eandem SPIRITVS S. exponit & eloquitur. Vnam feligamus, eamque, qua velo carnis CHRISTI via nobis recens & viua adaperta esse dicitur Hebr. X. 20. *quam initiauit nobis viam recentem & viuam, per velum, hoc est, carnem eius.* Quam eximium, quam praeclarum, quam amplum beneficium! quo CHRISTVS patiens nos immerentes, imo indignos exornauit. Vnumquodque beneficium potissimum aestimatur, partim bono, quod confertur, & quo perfectius, quo excellentius hoc est, eo maioris illud ducitur: partim impensis, curis, molestiis, quibus bonum comparatum est, quoque carius euergetae constat, eo maius ei pretium merito statuitur. Vtroque modo passionem Domini demetiamur, vt beneficii praestantiam perspiciamus. Bonum nobis impetratum adpellatur *recens & viua via,*
Osten-

uerfus eos disputans. Romanensibus se obiecerunt praeter DALLAEYM integro libro de *ieiuniis & quadragesima* 1654. excuso, CHAMIER *Panstratiae Cathol. T. III. L. XIX. C. VII. p. 361. ed. 1627;* P. MOLINAEVS *Novitate Papismi L. VII. Contr. V. C. VI. sqq. p. 709. sqq. edit. Germ.;* SVICERVS *thes. Eccles. T. II. p. 405. sqq.*
(y) *Aug. Confess. Artic. Abus. V. p. 31. Addatur D. CHEMNITIVS. Exam. Concil. Trident. p. 748. 709. ed. Geneu. 1641.*

Ostendi haec nequit, nisi generalioribus quibusdam praemissis, Amplexi erant Hebraei, quibus inscripta est epistola, fidem christianam; sed erant etiam nunc infirmi *Hebr. V. 12*, cultus Leuitici tenaces, & legis caerimonialis Zelotae, *Aët. XXI. 20*. Infidebat eorum, vt & apostolorum mentibus, sub initium adhuc praedicationis euangelicae, *Aët. X. 14*, de rituum Mosaicorum sanctitate & perpetuitate persuasio. Hoc praeiudicium ex eorum animis euulfurus, non lac, sed solidum cibum proponit apostolus, & diffusiori tractatione perficit, CHRISTVM esse & sacerdote, V.T. summo, tam ratione personae, quam officii longe praestantiorum, & verum Pontificem antitypicum, qui vniuersum cultum Leuiticum, cunctasque illius vmbrae excludat. A thesi iam, vt ita loquar, ad hypothesein, seu, vt alii aiunt, a tractatione dogmatica ad practicam progreditur. Dissident commentatores & scriptores isagogici, vtrum respectu argumenti principalis & scopi (qui inde elicitur) epistola haec sit didactico - paraenetica; an paraenetica tantum? Sola analysi logica rem non conficit, quippe quam suo vtraque pars adtemperat scopo. Maiorem lucem adfundit occasio, quae non in iniuriis tantum, Hebraeis conuersis, ab incredulis iudaeis illatis, sed etiam & praecipue in persuasione iudaeis familiari, de cultus Leuitici perenni duratione quaerenda est. Neque a me impetrare possum, ut demonstrationem officii CHRISTI data opera tantaque contentione factam, & maiorem huius epistolae partem explentem, ab argumento & scopo principali remoueam. Sed haec, quatenus ad solam dispositionem spectant, in vtramque partem libere ventilantur. Quacunque vero ratione oeconomia epistolae vniuersalis fiat, aut quocunque nomine veniant, quae versum 18. excipiunt, (de quo iterum diuisae sunt eruditorum mentes), id apertum & contestatum est, demonstrationem sacerdotii CHRISTI in thesi haecenus propositam v. 18. finire, & inde a v. 19. apostolum ad Hebraeos conuersum, illis veritatem euangelicam tot argumentis confirmatam sancte obseruandam commendare, vt eidem subinde insistant, nec ab ea discedant, sed eam tam animo custodiant, quam fidei praxi exprimant. Huc pertinet pericopa versibus 4, (a 19 ad 22)

com-

comprehensa, qui arctissime inter se cohaerent & vnum velut comma absoluunt. z) Thesis, quae v. 22. exstat, haec est: relictis umbris ritualibus, ad DEVM ipsum immediate adcedendum est. Praemittitur, vel potius ex antecedentibus, vt particula οὖν v. 19. testatur, repetitur gemina ratio. Prior v. 19. 20. a facultate nobis concessa; posterior v. 21 a nostri Pontificis maiestate mutuo sumta est. Priori comma nostrum insertum est, eiusque nexum cum antec. v. 19 articulus facit relatiuus ἢν, quam, quem siue ad praecedens nomen εἰσοδος, cum THEOPHYLACTO, siue cum SEB. SCHMIDIO ad anterius nomen παρρησίαν, siue ad sequens nomen ἰδὼν cum THEODORELO referas, perinde est (a). Trium harum sententiarum, quas D. PFAFFIVS recitat. postrema solam tangit verborum constructionem, nec per se sensum alterat. Siue enim dicas: *quam*, siue: *quam viam*, subintelligenda semper est vox aut res aliqua, ad quam pronomen, aut pronomen cum nomine respiciat. Quamdiu ea determinata non est, sensus relinquitur anceps. Plurimi interim hanc constructionem sequuntur, vt ER. SCHMIDIVS: *ea via, quam dedicauit nobis recentem & veram*; Bataui: *op eenen verschen ende lewendenden Wegh, welken hy ons ingewiuet*; Angli (b): *per viam recentem ac viuam, quam nobis initiauit*. Taceo PISCATOREM & recentiores. Solam adiungo versionem nuperam a S. R. Dn. D. HEVMANNO, Theologo Gottingensi longe celebratissimo adornatam: *Da wir nun lieben Brüder, durch das Blut Iesu freudigen Muth haben in das Heilige einzugehen, vnd zwar auf einem neuen vnd lebendigen vnd von ihm eingeweiheten Wege, durch den Vorhang, das ist, durch sein*

(z) ANTON BLACKWALLVS auctorib. sacris classicis illustratis T. II P. II. p. 501. ed. 1736., vbi ille recte quidem vulgaris N. T. partitionis in capita & commata vitia & abusus reprehendit; sed num his, periodis integris in commatum vicem suffectis, commode consulatur, altioris indaginis res est.

(a) Recito verba D. DORSCHER, vel potius continuatoris, D. I. C. PFAFFII, *Comment. in Ep. ad Ebr. ad b. p. 536.*

(b) Sic inter pretes Angli, inquit PEIRCIVS in Ep. ad Ebr. p. 373. *voculam: per, de suo largiti Apostolo.*

sein Fleisch. Sed his suo loco relictis, de sensu ipso dispiciendum est. Quatuor vniuersim se mihi obtulerunt interpretationes diuersae, Duae sunt rariores, quae paucis se probauerunt. Altera, a qua non alienus esse videtur D. GERARDVS, (c) viam cum sanguine IESV copulat: *corpus & sanguis Christi est noua & viua uia ingrediendi in coelum.* Recte quoad rem haec dici, quis dubitat? Quo pacto vero cum orationis nexu conciliari queant, obscurum est. Quis sensus est verborum: Christus initiauit nouam & viuam viam, i. e. sanguinem? Altera, quae viam cum aulaeo, interiecta tamen parenthesi, coniungit, a IOANN. d' OVTREIN (d) excogitata est. Mens illius in summam collecta huc redit: *wir haben in dem Blute Iesu die Freymüthigkeit einzugehen in das Heiligthum durch den Vorhang, das ist sein Fleisch, (welchen frischen und lebendigen Weg durch den Vorhang hin, er uns hat eingeweiht).* Non vna difficultate premitur haec exegesis 1. velum carnis CHRISTI ex v. 20. in v. 19. transfert. Quod si quis sibi pro arbitrio licere, putet, de S. codicis integritate actum est. 2. velum ab initiatione CHRISTI seiungit, & ad hominum introitum reiecit, 3. Introitum de ingressu in coelum explicat, qui fiat per sanctum (communionem cum ecclesia) & velum (carnem Christi) Pergo ad duas communiore interpretationes, quibus calculum plures adiiciunt. Horum quidam pronomen relatiuum, aut viam, ad fiduciam (e); alii ad ingressum (f) reuocant. De quibus, priusquam meum interponam iudicium, nonnulla occupanda sunt 1. apostolum virgere adcessum, qui in praesenti, in hac vita, fieri possit, & debeat. v. 22. Ex quo sua sponte consequitur, fi-

B

duci-

(c) *Commentar. super Epist. ad b. l. p. 368.*

(d) *Explicat. Epist. ad Ebr. Part. III. ed. Germ. p. 32. 35. 37.*

(e) Inter Commentatores v. g. SEB. SCHMIDIVS p. 1078; PETRVS VAN HOECKE p. 168; HAMMONDVS in N. T. p. 331., D. LANGIVS in *Apostol. Licht und Recht Part II. p. 368* i D. RAMBACH in *Ep. ad Hebr. p. 374. sqq.*

(f) GROTIVS & CALOVIUS *bibl. illustr. N. T. T. II. p. 1231.*; BRAVNIVS *Comment. p. 646*; WITTICHIUS *inuestig. ep. ad Hebr. ad b. l. p. 281.*; LIMBORCHIVS *Comment. ad b. l. p. 661.*; PEIRCIVS in *ep. ad Hebr. p. 373.* & praestantissimus WOLFIUS *Curis Phil. & Crit. ad b. l. p. 728.*

duciam intrandi sancta v. 19, ad hoc pariter saeculum pertinere. S. SCHMIDII distinctio inter gradum medium & infimum anfractus disponit, & PEIRCII argumentatio a maiori ad minus, praeterea nec textui nec scopo satisfacit. Ceterum ipse SCHMIDIVS ait: *sane etiam in hac vita. Quae namque alias foret argumentatio: quia habemus fiduciam ingressus in vitam aeternam, accedamus nunc in hac vita?* 2. Paulum adcessum v. 22. exposcere, procul rituum Leuiticorum ambagibus ad DEum recta contendentem, cum veritate cordis &c. h. e. qui fide tantum & sanctitate spirituali, non Mosaica; nec sacerdotibus nec victimis, amplius indigeat. In eo namque totus est, vt Hebraeos a cultu caerimoniali abductos, ad CHRISTVM ipsum, vnum, verum, summum Sacerdotem immediate adducat. Huc etiam ratio vtraque, ex superioribus repetita, non potest non comparata esse, siquidem vim habere debeat. Si aditus ad sancta singulis patefactus est (vt sacerdotibus & sacrificiis non opus sit) v. 19 20, & verus & maiestaticus ille sacerdos nobis praesto est v. 21: Sequitur, vt immediate ad DEVM, Spirituali, non Leuitica, sanctitate instructi accedere debeamus. v. 22. Vnde elucet, Apostolum v. 19. ad introitum in sancta, sicut v. 21. ad magnum Pontificem, digitum potissimum intendere. 3. Paulum Hebraeos quidem immediate adfari; non aliam autem viam ipsis monstrare, quam quae totius est N. Tti, & vniuersis christianis patet, prout quoque illam nobis v. 20. h. e. non hebraeis vnice, sed cunctis hominibus CHRISTVS dedicauit. Vniuersalis igitur hic propositio habetur, nec conditione aliqua, nec ad electos restringenda, prout a COCCCEO fit (g). Agitur enim de bonis N. T. omnibus paratis; de introitu omnibus munito; de Pontifice omnibus dato; non de bonorum partorum adceptione debita, quae v. 22. demum praescribitur. Qua de caussa verbum: *habentes, cum habeamus*, boni dationem, acquisitionem, destinationem, eamque vniuersalem innuat, necesse est; non adceptionem, quae particularis est, & non minus procul dubio ab Hebraeis quibusdam neglecta aut repudiata

(g) *Explicat. epist. ad Hebr. ad b. l. Opp. T. V. pag. 590.*

ta fuit, quam hodie a multo plurimis, qui CHRISTI nomen externe profitentur. Paucis, sensus huc redit: acquisita & parata est, vt omnibus, sic & nobis (Hebraeis) fiducia introitus, vt ipsa sancta ingredi possimus: datus est & destinatus, sicut omnibus, ita & nobis Sacerdos ille verus & magnus. 4. fiduciam ad introitum reipsa nil aliud significare, quam introitum fiducialem, seu vt D. GERHARDVS reddit, *liberum ingressum*. De ingressu in sancta libero, tamquam N. T. praerogatiua, & ratione, propter quam adcessus suadet, praecipue agitur: fiducia, tamquam eius adcessorium, subiungitur. Sanctum V. T. nemo nisi sacerdos, isque forte destinatus, quo tempore munere fungebatur; sanctum sanctorum solus sacerdos summus, & quotannis semel duntaxat, ingredi poterat, caeteris Israëlitis procul hinc facessere iussis. Quod si quis horum alterutri adpropinquare sustinisset, ipsi certo per eundem fuisset. Aliter se res habet in N. T., quo aditus ad sancta nemini obstructus, omnibus integer est, &, vt PEIRCIVS conuertit, libertas ingrediendi concessa est. Fides etenim h. l. non denotat fidem, quae credentibus inest, & ab adcessuris praerogatur; sed beneuolam Numinis reconciliati dispositionem respicit, qua effectum est, vt fores non solum pateant, sed & ab introitu longe absint, quaecunque vel obstacula ponere, vel remoram iniicere, vel formidinem incutere queant, omniumque adcedentium animi trepidatione, sollicitudine, anxietate superfedere queant, adeoque denotat adcessum liberum, a DEO apertum, imperterritum, a timore metuque vacuum. 5. Per *ἀγία* coelum intellegi h. l. non posse. Plerisque commentatoribus haec arridet opinio, eamque auide arripiunt, quotquot fideles V. T. vsque ad CHRISTI adscensionem in limbo sic dicto Patrum detentos fuisset, cum Pontificiis; aut certe non ante eandem in coelum susceptos esse, cum ARMINIO sibi persuadent, aut, quae CHRISTI sanguini debentur, eius adparationi coram DEO cum Socinianis adscribunt. Neque abnuo, *ἀγία* sensu proprio adcepta, quando de summo V. T. sacerdote praedicantur, sanctum sanctorum; antitypice vero sumta & ad CHRISTI ingressum adplicata, coelum significare, vt *Hebr. IX. 24*; sed vicissim largiendum est, vi

vocis ἁγία ad aditum restringi non posse. Quid tum opus fuisset illud, vt a sancto discernatur, ἁγία ἁγίων adpellare ? Hebr. IX. 3. Neque ex vsu loquendi ἁγίων nomine semper insigniuntur coelestia, & quae ad regnum gloriae pertinent ; sed nonnumquam etiam, quae ad regnum gratiae spectant, vt via sanctorum Hebr. IX. 8. Quamobrem BRAVNIVS ad h. l. scribit *intelligi possunt omnia loca sancta in templo*. Neque potest tantum, sed & debet significatus ἁγίων, quo pro adyto capiuntur, h. l. deferri, quoniam, vt paulo ante dixi, de iis, quae ad hoc saeculum pertinent, hic sermo est. Pro sua perspicacia hanc difficultatem persensit SEB. SCHMIDIVS, ideoque ἁγία adcepit de habitaculo maiestatis diuinae, & ingressum, quoad nos vel inchoatiue, vel consummatiue fieri, docet. Inchoatiue id fieri, quando ad DEVM adcedimus etiam in hac vita, & ab illo quaeuis bona nobis necessaria petimus. Quid opus est eiusmodi circuitu ? Paulus, optimus verborum suorum interpres C. IV. 16. (quod comma per ipsam analysin logicam huic respondet) quid introitus in sancta sibi velit, aperit : *adcedamus, inquit, cum confidentia ad trionum gratiae*. Consensum testarar Berleburgensium, (1) qui verba : *zum Eingang des Heilighthums*, hunc in modum circumscribunt : *welches ist Gottes Vater-Heitz*, nisi paulo post enthusiastica adfuerent : *welches ist der Grund und das Centrum der Seelen*. Verus hic tandem relinquatur sensus : concessus nobis est aditus, fiducialis & liber, vt nec victimas, nec sacerdotes V. T. vltius circumspicere debeamus, sed singuli immediate, sola virtute meritoque Pontificis veri fide adprehensio, DEO adpropinquare & ab eo remissionem peccatorum, gratiam, & benedictionem procul anxietate petere, & certo exspectare possimus. Quae cum ita se habeant, vtrum rectius fiducia, an ingressus ad viam referatur, nullo negotio existimatur. Fiducia est vox remotior, minus principalis, nec eo sensu, qui vrgetur, hic sumitur. Si vel maxime de fide iustificante explicetur, ea tamen vix cum initiatione, multo minus cum via recenti conciliari possit. Nonne inde sequeretur, fidem cum N. T. de-

mum

(1) T. p. 59. XII, ad b.

mum initium cepisse, vt Sociniani aiunt; aut saltem V. T. Patres fiducia caruisse, quod ex his verbis exculpunt Cocceiani, (k). Certe a locutionibus abstinendum est illimitatis, quales apud D. LANGIUM & D. RAMBACHIVM deprehenduntur, ne errandi occasio praebeatur. Equidem Theologi, qui V. T. pro foedere legali reputant, Patres ex V. T. fidem concepisse, infirmitur; sed in V. T. fidem non defuisse, largiuntur. Planius cuncta fluunt, si introitus in sancta cum via copuletur. Nam hoc nomen propius est & principale, rationem adcessus v. 22. continet, & tam in viam, quam initiationem aptissime quadrat. Frustra interseritur, ingressum non posse ipsam viam esse, siquidem via hic non vt medium introeundi, sed vt introitus synonymum consideratur; neque via nude repetitur, sed adiectis epithetis: recens, *viua*. Disputant Philologi, num *πρόσφατος* rectius deriuetur a *πρόσφημι*, quod ER. SCHMIDIVS (l) arbitratur, & WOLFIVS (m) ex HESYCHIO confirmat; an ab antiquo *φάω*, vel *φάομαι*, quod GEORG. KOENIGIVS ad SVIDAM se recipiens, (n) aliique tuentur. Id exploratum habeo, ex vsu loquendi, generatim, quidquid nouum & recens est, hac voce designari, vt *Deut. XXXII. 17. Col. l. 4. Syr. IX. 10. Act. XVIII. 2.* Recens igitur via, est via recens complanata. V. T. quidem nec CHRISTI nec fidei expers fuit, quod Sociniani, & recenter CHRISTOPH. ESCHRICH (o) ex his verbis emulgent; attamen vmbris prorsus inuolutum fuit. Cum N. T. vero coepit ingressus nouus, quo sancta cuius patefacta sunt, sacerdotibus & sacrificiis sublatis. Praecipua haec est denominationis ratio, cui addere posses, si placet, chronologicam, si tempus scriptae epistolae annosque Christi manifestati inuicem componas. Epitheto proprio subiicitur tropicum: *viua*,
 B 3 quod

(k) Notauit eos D. SCHOMERVS *Colleg. nouiss. Contr. p. 155. 156.* D. BVD-DEVS *de praerogat. N. T. §. 37. Syntagm. diff. Tb. p. 157.*

(l) *notis in N. T. ad h. l. pag. 1325.*

(m) *Curis Phil. & Crit. ad h. l. p. 728.*

(n) *Vindic. sacr. p. 293.*

(o) Confutauit eum Celeb. OEDERVS *im Heffischen Heb-Opfer, Part. VI. p. 665 sqq.*

quod, vt fieri solet, variis coniecturis, quas dinumerare haud iuuat, ansam suppeditauit. Si rem ipsam aestimes, fuit, viua 1. ratione *veritatis*, vt DEUS verus audit viuus *Act. XIV. 15*. Antiqua fuit umbratilis & typica; noua corpus & vera bona exhibet, *Hebr. VIII. 2. 5*. 2. ratione *efficaciae*, quo sensu DEI verbum salutatur viuum, *Hebr. IV. 12*. Antiqua deducebat ad infirma & egena elementa, *Gal. IV. 9*; noua ad confirmationem, *Hebr. X. 14*. 3. ratione *perennis vigoris*, vt spes viua est constans, immota, numquam deficiens, *1 Petr. I. 3*. Vetus abrogata & velut emortua est, *Hebr. VIII. 13*; recens persistit, non minus ac hostia CHRISTI, in perpetuum valitura, *Hebr. X. 12*. Peraeque autem haec recens, ac vetus *Hebr. IX. 18*. initiatione opus habet, quam vox *ἔρχαντες* indicat, In dedicatione pro rerum varietate, mox noua aptitudo confertur, mox e complementum additur, mox res primum siue adhibetur, siue in vsu constituitur, Postrema actio hic prae ceteris locum inuenit, vt CHRISTVS tamquam huius viae autor sistatur, qui primus iam in vsu constituit, & nobis, s. omnibus, vt supra monui, citra personarum discrimen & praerogatiuas, impetrauit & promeruit, vt sancta vera libere adire queamus. Nonnulli, vt sanctis, quae de coelo exponunt, initiatio respondeat, factam hanc esse, credunt, dum CHRISTVS tamquam praecursor coelum intrauit. Iam adparitionem quidem CHRISTI in conspectu DEI, & adscensionem in coelos ab actibus mediatoriis excipere non licet; sed prouidendum est, ne his adtribuatur, quod Socinianis familiare est, (p), quod passioni atque morti CHRISTI debetur. Ipse apostolus intercedit, quo minus de adparitione aut adscensione hic cogitemus, addens: *per velum, hoc est, carnem suam*. En! quanti CHRISTO hoc beneficium constitit! Non auro & argento. sed corpore proprio introitum ad sancta dedicauit. Vt enim alias humanitas CHRISTI-tota vocatur caro *Io. I. 14*; ita hic sigillatim ad corpus eius respicitur pro nobis maceratum, *1 Petr. II. 24*, *Hebr. X. 10*. Alioquin nostra reconciliatio & redemptio sanguini CHRISTI vindicatur, cuius etiam

(P) CRELLIUS ad h. l. Opp Exeg p. 175: *Christus suo ingressu sancta coelestia aperuit. ἔρχαντες enim ei est initium utendi.*

iam v. 19, diserta fit mentio; hic autem caro tantum seu corpus nominatur, vt veli antitypus ostendi queat. Geminum ante tabernaculum & templum expansum fuit velum, alterum sancto, alteram adyto praetensum. Posterius, quod Apostolus secundum adpellat *Hebr. IX. 3.*, (q) hic putari dubitare nequit, quia *καταπέλασμα*, licet in se nomen generale, & ambiguum sit, indeque per epitheta quandoque determinetur, absolute tamen positum, velum interius, quod sanctum sanctorum a sancto diuidit, vt contra BERNH. LAMIVM OLEARIVS (r) obseruat, denotat. Nonnulli cum ALTINGIO, aliisque (s) velum figuram censent peccatorum, quae ad instar intergerini parietis aditum ad DEVM peccatoribus intercludant. Sed plerisque haec sententia displicuit. (t) Praeterquam enim, quod minus consentaneum videatur, vt peccati typus sanctissimi partem constituat, PAVLVS aperte docet, carnem CHRISTI, non peccata, hoc velo repraesentata fuisse. In typo euoluendo nonnulli nimis elaborarunt, certe ingenio & hypothese indulfit WILH. MOMMA (v). Quodsi ad apostoli scopum animum adtendamus, velum, quatenus sub ingressum remouendum fuit, adumbravit humanum CHRISTI corpus, passione & morte lacerandum. Optime S. SCHMIDIUS: velum non tam considerandum est, quatenus velabat & occultabat Sanctum Sanctorum: quam quatenus potestatem habebat intromittendi vel excludendi ac prohibendi. Velum adyto oppansum introitum intercludebat; nec nobis accessus ad sancta patebat, quamdiu caro CHRISTI integra erat. (y)

(q) Infirma vtitur ratiocinatione Cel. MICHAELIS *Obseru. ad PEIRCI-VM p. 309. n. 236.* ex denominatione veli secundi colligens, Epistolam ad Hebraeos primitus Syriaco idiomate consignatam fuisse. Vid. WOLFIUS *ad b. l. p. 695.*

(r) *Obseruat S. in Matthaeum n. 82. p. 737.*

(s) Laudat hanc sententiam WITSIVS *Miscell. S. L. II. Diss. II. § 93. p. 512. sq. ed. 1712.*

(t) vid. AMELIVS *in der Erörserung T. II. Iul. p. 593 sq.*

(v) *de triplici Oeconomia L. II. c. IX. §. 29 sqq. p. 166 sq.*

(y) Quemadmodum autem remoto aut declinato velo, sancta libere intrari poterant; sic nobis ad thronum gratiae ad-
 accessus apertus est, ex quo templum corporis CHRISTI, *Io, II, 19.*
 aut, vt apostolus ait, velum solutum & destructum fuit. Conti-
 git id tempore crucifixionis & mortis CHRISTI, eademque hora
 IX. seu III., qua CHRISTVS Spiritum emisit, *Matth. XXVII, 51,*
 velum templi disruptum est in duas partes, a summo vsque ad
 imum, vt significetur; caerimoniis Leuiticis iam finem imposi-
 tum, & aditum ad vera sancta esse patefactum. Ex quibus e-
 lucet, sub velo carnis CHRISTI passionem & mortem emblematicè
 depingi, & huic introitum in sancta in solidum adceptum refe-
 rendum esse. Habetis, Cives optimi!, summam eorum, quae
 tempore quadragesimali meditanda, nec meditanda tantum, sed &
 fidei vitaeque praxi exprimenda sunt. Accedamus ergo cum vero
 corde, in fiducia fidei, adspersi corda a conscientia mala, & ab-
 luti corpus aqua munda.

Sedenti super throno & Agno occiso fit benedictio, & hon-
 or, & gloria, & robur in saecula saeculorum!

(x) praeter interpretes vid. WITSIVS *de Oeconom. foederum Dei L. II. c.*
VI. §. 9. p. 183. sqq.

(z) D. D. DEYLING *Obs. S. P. I. n. XXIX. p. 115 sqq.*

P. P. SVB SIGILLO PRO-RECTORALI
 DOM. QVINQVAGES. A. C. MDCCCXLIX.





iam v. 19, diferta fit mentio; hic autem caro tantum nominatur, vt veli antitypus offendi queat. Geminum bernaculum & templum expansum fuit velum, altera adyto praetensum. Posterius, quod Apostolus adpellat *Hebr. IX. 3.*, (q) hic putari dubitare non potest. *καλαπέλασμα*, licet in se nomen generale, & ambiguum, que per epitheta quandoque determinetur, absolute tum, velum interius, quod sanctum sanctorum appellauit, vt contra BERNH. LAMIVM OLEARIVS (r) notat. Nonnulli cum ALTINGIO, aliisque (s) uel censent peccatorum, quae ad instar intergerini paradisi ad DEVM peccatoribus intercludant. Sed plerisque sententia displicuit. (t) Praeterquam enim, quod minus uideatur, vt peccati typus sanctissimi partem PAVLVS aperte docet, carnem CHRISTI, non peccata repraesentata fuisse. In typo euoluendo nonnulli uidentur, certe ingenio & hypothesi indulgit WILH. MOSELIUS. Quod si ad apostoli scopum animum attendamus, uel minus sub ingressum remouendum fuit, adumbratum CHRISTI corpus, passione & morte lacerandum. SCHMIDIVS: uel non tam considerandum est, quod uelabat & occultabat Sanctum Sanctorum: quam testatem habebat intromittendi vel excludendi adyto. Uel minus adyto oppansum introitum intercludebat; necessarius ad sancta patebat, quamdiu caro CHRISTI

(q) Infirma utitur ratiocinatione Cel. MICHAELIS *Observat. V.M. p. 309. n. 236.* ex denominatione ueli secundi colligenda ad Hebraeos primitus Syriaco idiomate consignatam fuisse. *FIVS ad b. l. p. 695.*

(r) *Observat. S. in Matthaeum n. 82. p. 737.*

(s) Laudat hanc sententiam WITSIVS *Miscell. S. L. II. 512. sq. ed. 1712.*

(t) vid. AMELIVS *in der Erörterung T. II. Iul. p. 593. sq.*

(v) *de triplici Oeconomia L. II. c. IX. §. 29. sqq. p. 166. sq.*

